

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. III. Precantis Christi, singulæ voces exponuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

§. III. Precantis Christi singula voces
exponuntur.

Christus
appellarat
patrem a
quo sperat
omnia in
filii gratia
imperata.

In cruce
egit perso-
nam sacer-
dotis.

Docuit
nos proxi-
mo dimit-
tere,

Marci e. 11.
vers. 25.
Luc. cap. 6.
vers. 37.
Ad. c. i. v. 1.

Matth. c. 5.
vers. 44.

Neminem
excipio.

Chrysost.
hom. 52. ad
pop.

August.
tract. 31. in
Iohann.

Injuriarum
excusare &
extenuare.

Bernard. de
præcept. &
dispens.

PATER: Non Judicem non Dominum, non Regem appello, sed Patrem, à quo sperem omnia in filii gratiam impetranda. Bonaventura censet Christum, sicut patrem verbis, ita matrem affectu mentis rogâsse, ut & ipsa tui facinoribus hostibus ignorceret: nec beatissimam Virginem id facere distulisse, sed in genua procubuisse, & suam perquam obsequenter ad filii voluntatem conformasse. Et quamvis filius, quia Deus, ut potestate tua, & dicere potuisse: Dimissa sunt illis peccata: quia tamen personam egit conciliatoris. Sacerdos, deprecator, quorum est supplicare, id sui muneric non omisit.

DIMITTE: Scio, mihi Pater, non dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum. E tuo, Pater, viridario ante quinque millia aethorum furto impio subtrahitum est pomum. Enim ipsum do, velut arboris fructum, pro sublato pomo. Dimitte hanc noxam. Apud me solutes est, tamquam si nihil factum sit contra me; tu jam in eandem veniam assentire. Hanc unam vocem Christus aperte nobis inculcans: Dimitte, ait, si quid habebitis adversus Anguem. Dimitte, & dimittimini. Jam reipsa quod docuit, facit. Capit enim facere & docere. Hinc recte dictum Passio Christi doctrina est facta. Hinc Christus inter probra & dolores modelissime filebat, nimis ut, quod veribus docuisse, re probaret. Dixerat. Servator: Diligite inimicos vestros, benefacie his, qui oderunt vos, & orate pro persequentiis & calumniantibus vos. Diligit inimicos pro iis moriendo, beneficit suas illis vestes relinquent, oravit pro ipsis & serio, & primo loco. Doctrina facta, Passio Christi.

ILLIS. Neminem excipo, non Annam, non Malchum, non Caipham, non Herodem, non Pilatum, non calumniantes, non flagellis verberantes, non spinis coronantes, non cruci affigentes. Neminem excipo: veniam omnibus peto. Exemplum nobis necessarium intandum, Nullum hominem, injuriam nullam veniam excludamus. Abominanda voces sunt: Huic uni nebulo non possum ignoroscere. Hanc tantam injuriam obliuisci nequeo. Apage has voces ex orco. Non sapit hoc mores Christianos. Omnia omnibus absque tali exceptio- ne dimittenda.

Porrò tam abominandum erat Iudeorum scelus, ut deprecator eos nominare crucifigentes non auderet. Illis, inquit, dimitte. Joab & Thecuitis Absalonem, cui veniam rogabant, non fratricidam nominarunt. Saul improbus, ubi est, ait, filius Isai? At David Scullem, regem Israël, Christum Domini appellat. Hic Chrysostomus. Ut amur, inquit, omni studio, ut lingua doceamus imitari suum Dominum. Nisi quis ita loqui severit, neque iudicem audiet. Appellatione probrosa nec hostes quidem notandi, non adulatores, non nebulones, non proditores vocandi.

Sed & Domine Jesu, quibus illis dimitti cupis? Non unus solum hic Saul, nec Absalon, aut Semei tantum unus est. Multa millia tuorum hostium te cingunt, irridentes, conspuentes, immo ipsis dentibus, si possent, laceraturi. Et ex his ipsis sunt, qui dicant: Ora pro teipso, miser. Rejiciunt veniam, ignosci sibi nolunt. Sed his ipsis veniam rogatur: Dimitte illis. Eleganter Augustinus: Illis, inquit, petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat injuriam.

NON ENIM SCIVNT QVID FACIVNT. Negare non potuit crudelissimam illorum invidiam, injuritiam summam, excusavit igitur & extenuavit per ignorantiam id factum. Simon Cassianus, scilicet, inquit, quod crucifigunt, ignorant quem crucifigunt. Bernardus Christi personam induens. Ideo, ait, ignosc illis, quia non agnoscitur ab illis. Hac eò dicta, quasi Pater in-

A dulgentia concedende rationem petisset. Et enratio: Non sciunt quid faciunt. Accusatus Servator, damnatus & crucifixus à meritis caccis: caco facilis est venia, licet in Principem, in Regem impingat. Nemo igitur, monente Augustino, de sui peccati dimissione despetret, quando illi veniam meruerunt, qui Christum occiderunt: si talis est crucifigentibus, qualis erit obsequientibus: si totus in nos orbis infirget, si lapidibus nos obruire conentur hostes nostri, ne cadamus animis; illorum cecitas in causa est: Ne sciunt quid faciunt. Jacobus Apostolus Hierosolymum Episcopus, Eusebii teste, ex alto precipitatus, clavam invavit moribundus: Ignosc eis, Domine, quia ne sciunt quid faciunt.

Sed & bone Jesu, si oras pro omnibus, quid faciant, ignorantibus; Nos certè tales sumus, quis enim cogitat, omnium gravius peccat, quid bonorum perdat, quid malo- peccatum incurrit? omnis peccans ignorans. Quisquis pec- care cogitat, similis est præcipitatu se in flumen ex alto: prius enim oculos claudit, in modo natura compelle- te, dum cadit, oculos comprimit. Pro his omnibus ora- vit Christus. Sed addit Lucas:

JESUS AVTEM DICEBAT, Dum hostes in ipso fa- ^{Luc. 14. 15.} cinore patrando occupati, dum saeviunt & furunt, dum vestes dividunt, dum calumniantur & irident, dum rutili crutoris defluunt, dum crucifixio injurias omnigenas inferunt, dicebat Jesus: Dimitte illis. Sunt qui è divi- lucæ verbis colligant, hoc à Christo sepius pronun- tiatum. Illa omnia videns, audiens, sentiens, nihil omni- nis dicebat Jesus, Dimitte illis. Post injuriam quan- doque jam vetustam, quād difficile persuadere veniam, & injuria durante dimittere injuriam! mandatum novum, exemplum novum veniam danda a Christo acci- plimus. Non attendebat, inquit Augustinus, quid ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Super p. 15. inimicos meos, at David, prudentem me fecisti mandato tuo. Nec enim tantum pro calumniantibus & persequen- bus, sed etiam pro occidentibus se oravit, inimicos omnes amoris brachii complexus. Hoc est virgas, quibus quis cæditur, osculari.

Lacedæmonum respublika, quod Xenophon memo- ^{Xenop.} rat, legem tulit de injuriis vindicandis. Hæc mundi lex ^{lxx. 2. 1. 2.} est impia; injuriarum nihil condonare. At verò Thra- sybulus Atheniensis exul comparato exercitu, Atheneensi duce Lysandro adjuvante, triginta tyrannos ex- pulit, & legem oblivionis tulit, ne quis præteritas inju- rias inseclaretur. Salutarem hanc legem ^{duvens} av- ^{vo-} carunt. Christus in cruce exul jam parta victoria, obli- ^{Christi} vionis legem figens: Dimitte, ait, & dimittimini. Nil bo- ^{cruce} ni habet ultio, quæ è malo pœna, facit malum culpa ^{obli-} fin. ^{Quis autem tam fatus, ut si curtus calcus non respon- deat pedi, de pede partem amputet, ut calcus ei ha- ^{lxx. 2. 1. 2.} bitus fiat? Stultissimum est, minus malum majori emendare velle. Hoc omnes ii faciunt, qui vindicationem querunt. Nam qui injuriam accipit, malum pœna su- ^{Qui re-} bir; qui vindictam querit, in malum culpam incurrit. ^{dam ce-} Quod priori longè deterius est. Pœna facit miserum: ^{dam in} culpa non tantum miserum, sed & malum: pœna pri- ^{culpa is-} var bona temporario, culpa & temporario & eterno. Ecclesiastici præceptio est: Qui vindicari vult, à Domino Eradicatur, inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. Relin- ^{vi. 1. 2.} que proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata tua solventur.}

Beata Mechtildi arcana affatibus dictum à Christo. In servis meis tria mihi maxime placent. 1. Veritas, in suis hac coram me ambulent ore sincero, corde perfecto. 1. Veritas, Talem, ut mater filium, in extremis complectat. 2. Fides, Fides duciale refugium ad me solum in omni afflictione. Non in Dei aliis, sed mihi æternitas solum conquenterunt. Hos numerum, quam deferam in necessitatibus 3. Fidelitas in proximum; peccata illius bono animo excusat, & ego ipsis in proximum. Discamus

Dicamus igitur non exaggerare, non vindicare; sed excusare, aut latem extenuare, ac condonare injurias; non est faciens mons è granulo, nec è rivo lo mare. Dimitamus alius & dimitetur nobis. Talem in nos Deum sentiemus, quales in alios fuerimus.

S. IV. Precatio Christi, fidem impetravit
Latroni.

Hæc Christi oratio (*Dimitte illis*) innocentem & sanctum oratorem ostendit. Hæc Numinis divino summe placuit, & verò etiam efficacissima fuit, ut ad eas voces, quod Nazaræorum evangelium memor, aliquot millia Judeorum ad crucem stantum, innocentiam Christi agnoverint. Hæc ipsa oratio alii illi obtinatisimis relipiscendi spatiū quadraginta annos imperravit. Sed his omnibus missis, latronum alter nobis considerandus, quem Christi pro hostiis deprecata mirifice traxit ad beatissimam vitam clausulum. Post istum namque supplicem Christi bellum, tanta fidei argumenta Christi exhibuit latro, ut rectè dixeris: Nescio à mundo condito magis rarum & memorabile fidei exemplum unquam exiterit. In Christi schola hic reus nunquam fuit: repente tamen Apostolis omnibus tamdiu instrutis, altius mysteria fidei penetravit. Christum in patibulo pendente adoravit Regem, moribundum hominem vita auctorem pronunciavit, ita prorsus ab inferis supra celos emerit. Quām vegeti, acri, & lyncei prorsus fuerint illi oculi, qui vitam in morte, cætitudinem in ruinâ, gloriam in probro, viatoriam in exitio, regnum in servitio viderunt? Vx nobis! Christum pendente & omnibus execrabilis latro suā fide in cælestē solium evenit: Vx nobis qui scimus hunc ipsum Dominum à dextris Dei confidentem, ab omnibus adorandum, si non assidue ac reverenter suscipimus & veneramur.

Latro relipscens non nisi cum crucifixis locutus, Christum defendit, seipsum accusavit, solum reprehendit. De Christo liberè pronuntiavit: *Hic nihil male gesit.* Illustre bene moriendo documentum. Cùm satanas sub vita finem nostra nobis peccata objecerit, non excusemus, nec extenuemus, sed Christum monstrerimus, cum hoc ipso latrois elegio: *Hic verò nihil male gesit.* Seipsum porrò accusans, *Nos quidem justi, ait, nam digna facti recipimus.* Aperta & submissa sclerum confessio. Proprium est electorum amare justitiam, etiam asperè tractantem. Rex David & Mauritius Imperator in ipsis suppliciis: *Iustus es Domine, inquit, & rectum iudicium tuum.* Magna pars venie, fateri crimen. Deinde Et Christi hie ipse Christi cauſidicus solum reprehendens: *Nesciū re, qui tu, inquit, times Deum?* neque in eadē damnatio-predicāns, ne es. Latro alter homo perditissimus, furioso obtinatio-nis fuit exemplum. Hunc neque Christi patientia & charitas, neque socii exemplum & admonitio, neque proprium supplicium, nec omnia prodigia Christo con-jungere potuerunt. Neque tu times Deum? neque crux & extrema necessitas timorem Dei persuadeat? jam sanguis stabimus ante tribunal Dei, & tu etiā nūnjudis: Perdīsus es, quem pœna non emendat. Nimirū protervi & frontis perficitæ liberi sunt, qui cùm castigantur, idēnt, aut obganiunt.

Latro demum: *Domine, inquit, memento mei, cùm venieris in regnum tuum.* Exiguam gratiam modestissimè petrit. Deus, quanta fides! Petrus negat, Thomas dubitat, discipuli Emaudent proficiscentes pene desperant, latro in ipso crucis tormento & scandalo credit. Hanc fidem Athanasius non immeritò admiratus dixit: Crucifigitur ut latro, & efficitur Evangelista. Nam hominem capitis damnatum, ab omnibus irrisum, jam mortitum, orbis dominum agnoscit: *Domine, memento mei.* Quid minus rogare potuisset? Solam sui memoriam flagitavit. Memoria nobis lenta, segnis, mala, quæ nos

Tom. II.

A sapissime destituit, quod in omni genere peccati fit; cùm quis suipius oblitus, contemptus Deilege, diabolo se vendit pretio levissimo. Ab orbis origine nomen nobis est *Pulvis.* Et hujus nominis nostri identidem obliviscimur. Quando igitur memoria torties & tam foedè latet, ut quis cali, inferorum, Dei, suipius immemor, in variis nefas ruat, optimè precamur: *Memento mei Domine:* Addit latro: *Cum veneris in regnum tuum.* O quantum brevi tempore profecit hic crucianus, qui in scho-
la Christi Syllabarius vix prima elementa nōsle visus est; at ille iam Theologus, aliam & meliorem post hanc vitam, beatitudinem aeternam praeditus. Reges nostri dum vivunt, imperant, cum vita definit imperium. At latro vitum juxta se pendeat aeternitatis regem adorat. Liceat hinc cum Augustino quarete: *Dic o latro, Aug. serm.
ubi thronus ex Sapphro, ubi Cherubim & exercitus celi, ubi in Paræse.
corona, sceptrum purpura, ut cum dicas regem celi: Videlicet corona
aliam quam spinarum, aliud sceptrum quam clavos,
aliud purpuram quam sanguinem, thronum talium quam
crucem, ministros alios quam sacrifices? Quid ergo sic regium
rides?* Obistapeſcenda igitur haec fides, tali loco, tali Ejus fides
tempore. Pater deserit, Mater filescit, Angelorum mul-
tuſus apparet, Joannes & Magdalena juvare nequeunt;
Apololi pridem diffugerunt, Romani stident, Judei
probris & maledictis configunt; latro solus fit Christi
patronus, infontem, regem proclamat. Magna fuit fi-
des Magorum ab oriente venientium, & puerum in
stabulo adorandum, major latronis in patibulo homi-
ne & Deum venerantur.

Magdalena propensè credidit, quia miracula vidit, conciones audit, domesticum sororis exemplum habuit. Ita scilicet quid mirum? Deum filio confiden-
tem, Seraphini cinctum vidit, trigonum illud Sanctus, sanctus, sanctus, audiit. Longè alia & ab aliis & verissima audivit latro & vidit. Petrus credidit, quia Christum aquilinambulantem vidit, in cruce natantem sanguine non vidit. Joannes & Jacobus credide-
runt, quia Christum in Thadore, foro a cælesti radian-
tem viderunt; vox, vultus, vestis, Moyses & Elias testa-
bantur eum hominem nomine inulto esse majorem. Hic omnia contraria. Hinc præsei Patres hanc latronis à præcis
fidem mirari fatis nequeunt. Chyliostomus interrogans: *Paribus
Vider in cruce pendente, inquit, & orat quasi in celis seden-
tari: Iudei crucifigunt, qui legem neverunt, & tu latro unde
Chrysost.
Creyfost:
bonum de
cruce.*

*Mal. 118.
ver. 117.
Et Christi
caſtificiuſ
qui tu, inquit, times Deum? jam in eadē damnatio-
predicāns, ne es. Latro alter homo perditissimus, furioso obtinatio-
nē fuit exemplum. Hunc neque Christi patientia &
charitas, neque socii exemplum & admonitio, neque
proprium supplicium, nec omnia prodigia Christo con-
jungere potuerunt. Neque tu times Deum? neque crux &
extrema necessitas timorem Dei persuadeat? jam
sanguis stabimus ante tribunal Dei, & tu etiā nūnjudis:
Perdīsus es, quem pœna non emendat. Nimirū protervi &
frontis perficitæ liberi sunt, qui cùm castigantur, idēnt, aut obganiunt.*

*§. V. Fidem Christo, veniam debemus
inimico.*

Christo igitur fides, veniam debetur inimicis & igno-
ranti. Fides excitatur & crevit, si ea omnia qua-
passus est Christus, faciamus nobis prætentissima, velut
hodie facta; tamquam si cruci adstems, cernamus &
audiamus omnia. Horum omnium imagines sibi ad ar-
bitrium proponere nequam difficile est animo, qui
quidquid vult sibi depingit. Hebdomade maiore varia Ambrof. I. de
est Christianorum devotione. sed fides, Ambrofio teste, Ioseph.
præcedit devotionem. 1. Crucifixi Christi effigiem oscu-
latur: Praecedat Fides, & cogitet fidelis: Domini mei devotione
crucifixi pedes impos millies oscularer. Si possem, ergo cedere de-
statuæ ac imaginis Christi osculum figo quod Christo bet.

L 1 2

ipſi